

De actione, passione & reliquis predicam. 173  
bet contrarium aut recipit magis & minus,  
ipsa actio quoque contrarium, aut magis  
& minus recipiat; si verò terminus ad  
quem nec contrarium, nec magis aut  
minus recipit, neque ipsa actio tale quid  
recipit, e. g. si terminus actionis est qua-  
litas, quæ vel contrarium, vel magis &  
minus recipit, ipsa quoque actio, quæ  
tendit ad illum terminum, nempe quali-  
tatem, seu per quam qualitas ista pro-  
ducitur, contrarium, vel magis & minus  
recipit: si verò terminus, qui per actio-  
nem producitur, est substantia, vel ali-  
ud quid, quod nec contrarium habet,  
nec magis & minus recipit, etiam actio  
tale quid non recipit. Unde generatio,  
augmentatio non recipiunt magis & mi-  
nus, nec contrarium habent, quia ter-  
mini harum actionum tale quid non reci-  
piunt. Vid. Ammon. ad lib. categ. cap. 9. Sim-  
plic. ibid.

21. Tertium  $\omega\delta\alpha\sigma\lambda\theta\eta\mu\alpha$  additur à  
Gilbert. Porretan. l. de sex princip.  
quod scil. actio omnis in motu verfe-  
tur; quod Piccarto prorsus ad men-  
tem

ento  
mra  
u re  
li  
ci.